

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

11. Auaritiæ fraudes Acheronticis flammis dignæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45699

distribuendum; sacrilegium est, ad Dei ignominiam usurpare; quod ad illius honorem & gloriam erat usurpandum. Quamquam etiam copia rerum scelus non sit, tamen ut supra docui, ea vel fundamentum, vel adulterium est scelerum ac vitiorum. Compendium est vituperationis, fortunatum dici, & simul non etiam misericordem, beneficium, liberalem, patrem pauperum, sobrium, iustum, & munificum esse: quia titulus opulentiae, sine virtute, est omnium criminum index, & procurator voluptatis. Quid porro voluptas parat, ex illa sententia discitur: *Quantum glorificauit se, Apoc. 18. 7.*
& in delitio fuit; tantum date illi tormentum & luctum.

Quarta caufsa, quia vti iustitia caelo digna est, ita iniustia inferno. *Mane astabo tibi, & videbo,* ait Propheta. Quid videbis, *Psal. 5. 6.*
o Videns? quoniam non Deus volens iniuriam tuos. Neque hababit iuxta te malignus neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. At, iuxta commune adagium, diues plerumq; aut iniustus, aut iniusti haeres est. Quid ergo mirum, si diuitiae dicantur esse magna occasio aeternae damnationis? cum & ab Ethnicis irritamenta malorum appellantur? & Iacobus Apostolus dicat: *Agite nunc diuities, Iac. 5. 1.*
plorare v'lulantes in miserys vestris, qua aduenient vobis. Diuitiae vestra putrefactae sunt; & vestimenta vestra a tineis comepta sunt. Aurum & argentum vestrum eruginauit, & arugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras, sicut ignis. *Theſaurizasti vobis iram in nouissimis diebus.* Quam veritatem D. Gregorius hoc lucu- *S. Gregorii*
lento exemplo confirmat. Femina ex illis una, quibus dictum est *Turon. lib. 2.*
a Poëta: *de glor. martyrum*
tyr. c. 106.

Sed facile est vobis verba & componere frades,

prætextu pietatis, multos deceperat, qui vultui, & gestui, & sermonis tractui crediderunt. Utq; simulationi sacris peregrinatio- nibus conciliaret autoritatem, terram Palæstinam, quam Deus homo, suis natalibus, suoq; sepulchro insignem fegerat, visitare solitabat. Hoc iter illi occasio pecuniae lucrandæ fuit. Nam multam peculij summam illi Christiani vbiq; contribuerunt, qua captiuos redimeret, egentesque sustentaret; quam illa interuerit. Neque enim eam in terram sanctam pertulit, sed clam domi in suos olim v'rus sub terra defossam occultauit. Rarò profundit iniuste acquisita, *Quare neque mulierem hanc sua furtu iuuerunt.* Di-

uina enim Nemesis illi vita filum incidit, ut constaret, etiam in-

Psal. 54. 25. femina fieri, quod dicitur: *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.*

Psal. 38. 7. Quippe illi pecuniam, illis Deus vitam auferit. Ita saepe,

homo thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Defuncta hac stri-

ge, mandato Episcopi in pecuniam inquisitum est: & filia illi su-

perstes interrogata. Sed nihil ex ea potuit intelligi, clam enim ma-

ter omnia domi infoderat, neque filiae fidebat, ne ab aetate & sexu

secreti impatiens proderetur. Per totam igitur domum, atque in

omnibus angulis circumierunt scrutatores, tandemque repertus

est tumulatus alte thesaurus. Neque vero pecuniam eam omnem

melius potuit impendere sacer Antistes, quam ut eam, in flagitiis

detestationem, sepulchro iniiceret, & super infame mulieris cada-

uer iactaret; quasi diceret iam sapientius usurpata formula, *Pecunia*

tua tecum sit in perditionem, aut, Thesaurizasti tibi iram in nonissimis

diebus. Utque etiam illud appareret, *Aurum & argentum vestram*

manducabit carnes vestras, sicut ignis: ecce, per tres integros conti-

nuosque dies, funestissimum hoc lamentum ex sepulchro clarissime

perceptum est: *Vixit me aurum, vixit me aurum.* Ne autem aures tan-

tum exhorrescerent, sed ut oculis quoque caperetur miseriarum

experimentum, eruta terra, metuendum se aperuit spectaculum.

Quippe liquatum, & candens aurum, lucentis flamma instar, in

os mulieris visum est, tamquam riuus quidam influere, atque non

tantum, veteri illo ritu, quodammodo dicere: *Aurum sibi, au-*

rum bibe, sed illud quoque exprimere, quod Psalmista cecinit: Ignis

& sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum. Similem po-

tum sibi parari existimet, qui similem sitim patitur.

XII.

Quod si quis paucas esse eiusmodi Megaricas Sphinges ar-

bitretur; illud tamen nouerit, eiusmodi calidum haustum, non

tantum raptoribus infundi, sed etiam opum male acquisitarum,

possessoribus. Valde me semper perculit illud, quod D. Hierony-

mus ex communi hominum opinione scribit: *Illa vulgata sententia*

mibi videtur esse verissima: Dives aut iniquus, aut inqui heres. Quin

& Platonis verba sunt: *Verum est, quod vulgodicimus, admodum di-*

nites non esse bonos. Valde etiam multos locupletes viros sollicitos

Plato lib. 5. de legib. Deuter. 5. 9. fecit illud summi judicis pronuntiatum: *Ego sum Dominus Deus*

suis: Deus amulator reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam

& quartam.

S Hieron. ep.
ad Hedibiam.

Plato lib. 5.

de legib.

Deuter. 5. 9.